

bus constans particulis, audientium aures ad fastidium provocans multiplicitate puncti suspensivi et fatigans spiritum recitantis¹² circuitum sententie usque ad ianuam tedii prolixando, sicut fecit Marcianus in principio⁸, qui continuat verba ab illo loco: *Cum inter deos fierent sacra connubia procreationis undique numerose*, usque ad illum locum: *uxorem ducere instituit*¹³. Assiduitas nimia eiusdem littere est, cum plures dictiones ab eadem littera ortum sumunt, ut: *Talibus et tantis tempestatibus te tulisti, quod timor te non poterit reddere de cetero titubantem*. Et ut illud Ennii: *O Tite, tute, Tate^h, tibi tanta, tiranne, tulisti!*¹⁴

Sunt igitur exornationesⁱ verborum XLV, quarum prima est repetitio. Repetitio est, cum continenter, id est continue, ab uno et eodem verbo in rebus diversis (et similibus)^k principia sumuntur¹⁵. In diversis hoc modo: *Summa cum diligentia debet hominum universitas observare salutifere cultum pacis. Ipse enim summas munitiones roborat, ipse turrigeris opem opidis subministrat. Ipse quietem parit hominibus. Ipse parit copias opulentas*¹⁶. In similibus hoc modo: *Nostre maiestatis in animo illud sedet, ut omnes populi, quos clementie nostre regit imperium^l, optate quietis tranquillitate pacifice gubernentur. Istud enim nobis cedit ad gloriam, istud nobis honorem pariet, istud nobis afferet cumulum titulorum*¹⁷.

Secunda est conversio, per quam non, ut ante, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur¹⁸, hoc modo: *Rerum*

g) prinopio Hs.
Auctor, diversa Hs.

h) so Hs. statt Tati
l) folgt ut Hs.

i) exordinationes Hs.

k) so

arma et moriamur. – Die Hs. T (Toledo, Datierung vielleicht 8./9. Jh.) bietet die Lesart *audiendi/audientem* statt *audendi/audentem*.

12) Vgl. Rhet. Her. IV 18. Dort ist dieser Gedanke als Schlußbemerkung gedacht. Es folgt kein Beispiel.

13) Martianus Capella, De nuptiis Philologiae et Mercurii libri VIII. I 3–5, ed. A. D i c k (1978) S. 5, Z. 1–2 und S. 6, Z. 8.

14) Dasselbe Beispiel bei Rhet. Her. IV 18. Es handelt sich um ein Ennius-Zitat: Annales I (= fr. 108, tr. W a r m i n g t o n). Vgl. C a p l a n S. 272 Anm. a. – Bei Isidor, Etym. I 36, 14 als Beispiel für Paromoeon.

15) Vgl. Rhet. Her. IV 19. Die Ergänzung erfolgte analog zu dieser Stelle.

16) Aus Heinrichs Briefsammlung. Siehe P e t r o v S. 110* Nr. 219.

17) Dieses Exordium einer Kaiserurkunde habe ich anderweitig nicht gefunden; die einzelnen Wendungen finden sich jedoch in zahlreichen Urkunden Friedrichs II.

18) Vgl. Rhet. Her. IV 19.